

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Instructio Practica ...**

De Conversatione Apostolica A Curatoribus Animarum piè & fructosè  
instituenda - Complectens vatos & solidos modos juvandi & consolandi  
diversorum Statuum Personas afflictas, præcipuè ægras & captivas

**Lohner, Tobias**

**Dilingae, 1677**

§. 1. Cur & quomodo Operarius Captivorum specialem curam suspicere  
debeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48248](#)

le captivos; nempe aliquos, qui ob leviora delicta captivi de-  
tentur, ideoq; meritò spem liberationis concipere possunt;  
alios verò, qui ob capitalia crimina in carcerem sunt conje-  
cti, ideoque spem redēptionis nullam habent, aut exiguum  
tertius. De utrīusque hoc capite agetur, ita tamē, ut priū ea ex-  
plicientur, quæ ambobus communia sunt, & postea ea, quæ so-  
lis captivis posterioris generis, seu damnatis ad mortem pro-  
pria sunt, subjugantur.

§. I.

Cur & quomodo Operarius Captivorum speci-  
alem curam suscipere debeat.

**I.** Triā præcipue sunt motiva, quæ meritò non leviter im-  
pellere debent Operarium, ut singulari cum caritate  
referore Captivorum curam suscipiat. Primum ipse DEUS  
offert, qui, cùm Matt. 25. dixerit: *Quandiu fecistis uni ex his*  
*fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Et iterum ibidem: *In tar-*  
*tere eram, & venisti ad me:* haud dubiè magnum sibi quoque  
obsequium præstatum ab Operario ceusebit, si eo, quo par est,  
telo Captivos visitabit, atque ad ærumnas fortiter & christi-  
anè tolerandas suis adhortationibus confortabit. Quis autem  
si Christum in carcere detentum videret, non summa cum ala-  
tritate visitaret, & omnia, quæ posset, quantumcunque dura &  
difficilia obsequia exhiberet?

**II.** Alterum motivum ex ipsorum Captivorum misero-  
ritatu, seu ipsa captivitate desumitur; cùm enim hi non modò  
ipsas carceris molestias & incomoda, puta fœtorem, duriti-  
atem, obscuritatem, & victus tenuitatem, omniumque delectati-  
onum parentiam, sed etiam libertatis ac famæ, quæ duo inter  
naturalia hominis talenta metitò præcipua numerantur, pri-  
vationem pati cogantur; & præterea, quia otiosi & solitarij  
plerumque esse coguntur, mille temptationibus & periculis sint  
obnoxij, meritò fido aliquo amico opus habere creduntur, qui  
in tanta necessitate ipsis solatio suo succurrat, piisque consilijs  
& monitis à tot tantisque periculis eripiat, atque defendat, ne,  
ut alibi dixi, ejusmodi Captivi causam habeant, querendi con-  
tra Operarium, ejusque caritatem imperfectam criminandi,  
ut, qui in minoribus necessitatibus tam promptè ac ferventer  
adsti-

III. Tertium motivum ex ipsis Operarij mercede &  
præmio, quod ob talem misericordiam caritatēmque præ-  
statam jure merito sperare potest, desumitur; cùm enim DEUS  
Luc. 6. promiserit, quā mensurā mensus misericordiam ac  
caritatem quis fuerit, eādem remensum iri, imò mensuram  
bonam, confertam, coagitatam, & supereffluentem in finum  
datum iri omnibus illis, qui misericordiam erga alios libera-  
liter exercuerint, facilè appareat, quām grande præmium olim  
accepturus sit Operarius, qui tam præstantia caritatis & mis-  
ericordiæ obsequia Captivis exhibuerit; quāmque merito spe-  
rare queat, se quoque, ubi similem forte in necessitatem post  
vitam hanc mortalem in Purgatorio inciderit, similem mi-  
sericordiam ac solatium experturum.

IV. Porrò ut hoc in genere muneri suo plenè atque  
perfectè satisfaciat, quatuor potissimum officia Captivis præ-  
stanta existimabit; quorum primum est, ut ad captivitatis  
pœnam cum debito fructu, meritōque sustinendam præparen-  
tur. Alterum est, ut piæ, utilés ve occupationes, quibus a per-  
niciose otio, Diabolique insidiis sese defendant, illis præfici-  
bantur. Tertium est, ut contra varias tentationes, quæ hoc  
tempore eosdem præcipue infestare solent, potenter munian-  
tur. Quartum est, ut, si forte omnino ad mortis supplicium  
condemnentur, ad illud Christiana patientia atque constantia  
subeundum efficaciter disponantur. Quæ omnia, quā ratione  
solidè, magnóque suo & Captivi solatio, commodoque præ-  
stare queat, in sequentibus §§. demonstrabitur.

## §. II.

Quomodo Captivi ad captivitatis pœnam fructu-  
osè sustinendam præparandi sint.

I. **Q**uamprimum intellexerit Operarius, Captivum alia-  
quem carceri, in quo diutiū detinendus creditur,  
mancipatum esse, eundem primo quoque tempore visitare sua-  
deat, & ubi carcerem ingressus fuerit, humaniter & amicē fa-  
lutet, atque ad solatium illi afferendum se venisse significet.  
Aliqui etiam, quam ob causam in carcere conjectus sit, int-